totius regni germanie certam ipsi simul vellent exigere pecunie
quantitatem, prefatus dominus Syfridus, sicut vir constantis fuit
animi, huic inaudite exactioni primus inter prelatos eccle-
siasticos mira constancia contradixit. Et sic eiusdem archiepis-
copi probitate res ipsa remansit infecta, et patria fuit ab huius-
modi gravi exactione usque in hodie liberata. Hoc quidem in
a/ loco occurrit congrue advertendum, quod etiam antiquis temporibus,
tempore scilicet gentilitatis, dum Joseph tempore famis egyptum
opprimentis totam terram egypti redegisset in servitutem regis,
preter terram sacerdotum quam contulerunt ipsi reges ipsis
sacerdotibus, ultra porcionem eis datam et libere a servi-
tute dimissam dabantur etiam cibaria ex publicis horreis
regis ad victum ipsorum cotidianum. Considerent igitur
nostri temporis principes catholice fidei custodes, quoniam gentiles immundi suis sacerdotibus in servicio deorum nefan-
dorum deservientibus ex publicis horreis stipendia ministrabant,
Tamen e converso principes et milites nostri venera-
a/ deest 1. bilibus corporis a/ et sanguinis Christi consecratoribus id solum
b/ recipere 2. dimittant, quod rapere b/ nequeunt; solam duntaxat
vita sive libertate eisdem relicta; et corrosis altaribus, pau-
peres sacerdotes unicum paupertatis habent solatium,
oblationes scilicet pauperum manducare. Et ipsi se patronos
se nominant ecclesiarum, qui potius sunt predones et auctores
rapinarum. Et utinam soli duntaxat principes et potestates
c/ derelinquerent 1. seculares in talibus delinquerent c/, et non principes atque pre-
lati ecclesiastici forent in eisdem huiusmodi excessibus
58. et impietatibus manifeste in scandalum et exemplum. [His autem
temporibus lamentabilis et magnarum rerum discordia inter
Johannem ducem Brabantie memoratum et Reynaldum comi-
tem Gelrie extitit, suscitata propter videlicet ducatum Lym-
1.2. ratione sue 2.3. ratione uxoris sue 1. burgensem. In quo quidem ducatu dictus comes ratione uxoris sue sibi
usufructum vendicabat, duce videlicet Lymburgensi absque liberis tunc defuncto.
Sed ipse dux Brabancie iura successionis in ipso ducatu ab
Adolpho comite de Monte, proximo quidem de sanguinitate
ducis defuncti, sibi pecuniis comparavit. Igitur dux Braban-
tie memoratus prefatum comitem de Monte, Walramum
comitem Juliacensem cum fratre suo Gerardo domino de
Castre, Everardum comitem de Marka, Henricum de Wyn-
decke fratrem dicti comitis de Monte, et civitatem colo-
a/ deest 1. (?) niensem cum multis potentibus atque nobilibus a/ sibi federavit. Ex ad-
verso dictus comes Gelrie Reynaldus dominum Syfridum archiepi-
scopum Coloniensem, Henricum comitem de Lutzelburch
et Walramum fratrem eiusdem, Walramum dominum de
Valkenburch, Johannem dominum de Lymburch et Henri-